Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

illi. Expecta dñm & custodi viam
eius & exaltabit te ut hereditate ca
pias terram: cum perierint peccatores
videbis. Vidi impium super exal
tatum: & elevatum sicut cedros li
bani. Et transivi & ecce non erat:
quesivi eum & non est inventus loc
eius. Custodi innocentiam & vi
di equitatem: quia sunt reliquie
hominis pacifico. Iniusti autem
disperibunt simul: reliquie impiorum
interibunt. Salus autem iustorum
a dño: & protector eorum est in tempo
re tribulacionis. Et adiuvabit eos
dñs & liberabit eos & eruet eos a pe
catoribus & salvabit eos: quia speraverunt in eo. Gloria. psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates mee super gresse sunt capitis meum: sicut onus grave gravate sunt super me. Putruerunt & corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee. Miser factus sum & curvatus usque in finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea. Afflictus sum & humiliatus sum nimis rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum. Amici mei & proximi mei: adversum me appropinquaverunt & steterunt. Et qui iuxta me erant de longe steterunt: & vi facebant qui querebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur. Ego autem tamquam surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens: & non habens in ore suo redargutiones. Quoniam te domine speravi: tu exaudies me dñe deus meus. Quia dixi ne quando super gaudeant michi inimici mei: & dum commoventur pedes mei super me magnia locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam ego annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei vivent & confirmati sunt: & multiplicati sunt super me qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant michi: quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me domine deus meus: ne discedas a me. Intende in adiutorium meum: dñe deus salutis mee. Gloria patri & filio & spiritui s.

Revela dño viam tuam. Dñe in celo misericordia tua. Et veritas tua usque ad nubes. Kyrie eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Oremus. Domine ihu xpe redemptor peccatorum nostrorum ad te deprecamur qui es veritas et vita vivus & regnans deus per omnia secula seculorum. Amen. Jube domne benedicere. Deus misereatur nostri & benedicat nobis. Benedicamus. Illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri benedicat nos deus deus noster & benedicat nos deus. Secundum magnam misericordiam tuam dñe. Laudes. Miserere mei. p. Miserere. a. Intelligere clamorem meum dñe. p. Verba mea. a. Deus deus meus ad te de luce vigilo. p. Ipse. ant. Convertisti.